



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xxv. De Canonica portione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

pro eis offerendas. Cum enim pro peccatis suis pœnâ extremâ soluerint, & dignè pœnituerint, non iudicat Deus bis idipsum.

Deprehensi in scelere & vulnerati, si cõfessi ex vulneribus mortui fuerint, item improviso casu oppressi, non priuantur Ecclesiastica sepultura. h. d.

e cano. fures. el. per. 13. q. 2. Quin etiam ^a si, dum in scelere comprehenduntur, vulnerati fuerint, & sacerdoti postmodum confessi, ex vulneribus acceptis decesserint, communio eis minimè denegabitur: quanquã si, dum seiplos defendunt, interfecti fuerint, aliud sit statuendum. Is autem, què casus improvisus opprimit ^b, si nihil aliud obstat, Ecclesiastica sepultura non arcebitur.

Pro sepultura nõ possunt clerici aliquid exigere, nec consuetudo in contrarium ualet, possunt tamen sponte oblatum accipere. h. d.

o cap. pen. e. xi. cod. Illud etiam atq; etiam admonendi sumus, sacris Canonibus penitus interdicti ^c, ne quis terrã pro sepulchro vendere, aut pro hominibus sepeliendis quoquo modo munera ^d exigere audeat, nisi fortè sepeliendus Ecclesiæ in cuius atrio ^e sepelitur, aliquid viuens tradi iusserit, aut post mortem ipsius parentes, proximi, vel hæredes pro luminaribus, vel eleemosyna aliquid ultro dare voluerint: quo casu spontè oblatum licitè recipi poterit: peti ^f verò, vel aliquid exigi est omnino vetitum, ne aut venalis

dicatur Ecclesia, aut clerici hominũ interitu gaudere videantur, si ex illorum cadaueribus studeant habere compedium, nec obtentu cuiusquã cõsuetudinis, nisi pia & laudabilis fuerit, reatum suũ quis excusare poterit.

DE CANONICA portione,

TITVLVS XXV.

Quid sit Canonica portio, & quodd est duplex, parochialis & Episcopalis, & quodd parochialis debetur curato de relictis factis Ecclesiæ, in qua quis posthabita propria Ecclesia elegit sepeliri. b. d.

Canonica portio est, quæ de relictis, & prouentibus Ecclesijs obuenientibus detrahitur, & prelatis debetur. Est autè duplex, Parochialis & Episcopalis. Parochialis est, quæ Parochiali Ecclesiæ, vel ipsius Curato, & Rectori debetur. Sciendum est enim, si quis in alia Ecclesia, quàm in ea, in qua diuina audit officia, & Ecclesiastica sacramenta percipit, sepulturam sibi elegerit (quod quibus casibus fieri possit, proximè exposuimus) ne parochialium Ecclesiarum Rectores, quibus cura incumbit animarũ, debitum fraudetur subsidijs, constitutum esse ^g, ut Curatus de his rebus, quas de functus p̄ anima sua in vltima dispositione reliquit Ecclesiæ, in qua sepeliri elegit, quartã partem percipiat, aut aliam, quã legitima consuetudo præfixerit.

g cap. cum super per. et cap. seq. ext. de sepult.

De his, quæ quis uiuens, & sanus contulit alicui Ecclesiæ, Curato non debetur Canonica portio: scus, si infirmus, & ex eadem infirmitate decedens. h. d.

a cap. de ijs. ext. de sepul. Sed etsi nihil quidem testamento quis reliquerit, sed in ægritudine^a cõstitutus cū bonis suis ad loca religiosa se trãstulerit, Ecclesiæ parochiali Canonica portio debetur, si modò ille de eadẽ ægritudine decesserit. Quòd si sanus ad ea loca se transtulerit, de his, quæ locis ipsis cõtulit, cogi nõ poterit aliquid Ecclesiæ, à qua discessit, impertiri: quia liberum est eis tunc bona sua nõ solùm religiosis, sed etiã quibuslibet priuatis conferre.

Canonica portio soluitur Ecclesiæ, in qua quis diuina percipit: & si duo quis habeat domicilia, diuidetur inter Ecclesias duorum domiciliorum. h. d.

b cap. 2. de sepul. in 6. Dubitari tamen potest, si cuius^b maiores antiquitus in aliqua Ecclesia sepeliri consueuerant, ea dimissa alibi sepulturã elegerit, num dimissæ Canonica portio debeat, an parochiali? Et statutum est, illi persoluedam, in qua quis audire diuina, vel sacramenta recipere debet. Quòd si is, qui duo habet domicilia, seq; in utroq; collocat æqualiter, in loco tertio sepulchrum eligat, domiciliorum Ecclesiæ inter se Canonica portionem diuident.

Ponit. de quibus rebus parochialis non detrahatur. h. d.

Sunt^c tamẽ quædam relicta, ex quibus Canonica portio detrahi non debet, utputã si quid pro fabrica, pro luminarijs, pro anniuersario, pro equis^d, vel armis contra infideles exercẽdis, vel aliàs ad perpetuum cultum diuinum, vel particulari personæ legantur: de quib. omnibus, nisi ea machinatione facta fuerint, ut parochialis Ecclesia fraudetur, huiusmodi portio detrahenda non erit.

Minores, & Prædicatores indistinctè de omnibus obuentioibus parochialem portionẽ soluere tenentur. h. d.

Sed istud^e quidem ita demũ obtinet, si neq; in Minorũ, neq; Prædicatorũ quis Ecclesijs sepulturã sibi elegerit: hoc enim casu dictorum ordinũ fratres de omnibus obuentioibus, tam feneralibus, quàm quibuscunq; & quomodocunq; relictis, distinctè, vel indistinctè, ad quoscunq; certos, vel determinatos vsus, etiam de quibus Canonica portio dari, siue exigi non cõsueuit, vel de iure nõ debet, nec non de datis, vel qualitercunq; donatis in morte, seu mortis articulo, in infirmitate donantis, vel dãtis, de qua decesserit, quomodocunq; directè, vel indirectè, quartam partem parochialibus sacerdotibus, & Ecclesiarum rectoribus integrè largiri tenentur.

Canonica Episcopalis est, quã detrahit Episcopus

c cap. fin. ext. de testam.

d cap. in nostra. ext. de sepul.

e clem. 2. §. uerãm. & per totũ tit. de sepul.

scopus de relictis pro anima, quam testator prohibere non potest, & ubi eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio. h. d.

Canonica portio Episcopalis est, quæ de relictis alicui Ecclesiæ pro anima ab Episcopo deducitur. Nam veluti parochialis Ecclesia pro labore, & cura, quam gessit animarum, certam portionem detrahit de relictis alteri Ecclesiæ, in qua quis sepulturam elegerit: sic etiam licebit ipsi Episcopo, nisi sibi quadragenaria^b obstat præscriptio, curæ pastoralis intuitu, quam diocesi superintendens suscipit de relictis, & pro anima cuiuslibet Ecclesiæ oblati Canoniam sumere portionem: etiam si testator expresserit, quod non Episcopi velit esse relictum, sed tantum Ecclesiæ, cum priuata testatoris dispositio generalem Canonis constitutionem immutare nequeat^c.

Ecclesiæ debetur Canonica portio de relictis Episcopo, quam tamē potest testator prohibere. h. d.

Item^d ex contrario, quemadmodum Episcopo sua portio competit, si quid Ecclesiæ relinquatur: ita si quid Episcopo relictum fuerit, Ecclesia de illo Canoniam petere portionem poterit. Sed hoc casu, si testator exprimat, quod velit illud Episcopi tantum esse, non Ecclesiæ, testatoris erit seruanda dispositio.

Si quid simpliciter Episcopo à coniunctio

fuerit relictum, in dubio non debetur Ecclesiæ Canonica portio, secus si ab extraneo. h. d.

Sed^e in hac specie multum intererit, qua legandi formula testator usus fuerit. Nam si simpliciter dixerit, Rem talem relinquo, distinguendum est, Episcopi propinquus leget, an extraneus. Primo enim casu, cum non Ecclesiæ relictum præsumatur intuitu, nisi fortè id probetur, sed personæ, de relictis in vita Episcopi Ecclesia perere nihil poterit. Contraria obtinet præsumptio, & dispositio, si ab extraneo quid Episcopo relictum fuerit.

Si quid coniunctim legetur Episcopo, & Ecclesiæ, sit inter ipsos diuisio, etiam si testator hoc reliquerit Episcopo, illud Ecclesiæ, nisi stare uelint testatoris uoluntatis, quod ob fauorem ultimæ uoluntatis conceditur. h. d.

Quod si^f coniunctim dictum fuerit, Relinquo rem Episcopo, & Ecclesiæ, de ea inter ipsos Canonica diuisio facienda erit. Si verò istud Episcopo, & illud Ecclesiæ relinquatur, relictis inter Episcopum, & cathedralem Ecclesiam ad Canoniam diuisionem sunt redigenda: nisi ambo testatoris uelint esse dispositione contenti, quam propter ultimæ uoluntatis fauorem obseruare est satis cōdecens, ubi neque; fraus interuenit, nec altervter nimium debita portione fraudatur.

Cum Ecclesiis inferioribus Episcopus non diuidit sibi relictum, sed bene detrahit quartam de relictis diuitis Ecclesijs. h. d.

^e d. cap. requi
sisti. §. si ue
ro.

^f d. cap. requi
sisti. §. quid
si. & seq.
ext. de test.

^a cap. requi
sisti. in prin.
ext. de testa
^b cap. de quar
ta. ext. de
præscrip.

^c d. cap. requi
sisti. uers. se
cūs autem.

^d cap. requi
sisti. §. si ab
extraneo.
ext. de test.

*a. d. cap. requi-
siti. §. se-
cūs autem.
ext. de te-
sta.* Secūs^a autem est, si quid lege-
tur Episcopo, & capellis, vel mo-
nasterijs, aut alijs pijs locis: nā
hoc casū, quod Episcopo lega-
tur, eius præcipuum est: cum Ec-
clesia cathedrali, & de illis quæ
alijs locis legantur, portionem
Canonicam nihilo minùs obti-
nebit. Et hæc ideo tā variè, quia
non tanta inter monasteria aut
capellas est communio, quanta
inter Ecclesiam cathedralem &
Episcopum, qui cathedrali spi-
rituali copulatus est coniugio:
vnde & quæ acquirit Episco-
pus, non illis, sed isti tantum ac-
quirit.

*Si testator aliquid Episcopo, aliquid Ecclē-
sijs reliquit. & iussit Episcopum esse contentū
suo relicto. posthabita detractioe quartæ. ser-
uanda est testatoris voluntas, nisi sit facta in
fraudem. h. d.*

*b. cap. officij.
& infra.
ext. de te-
stam.* Hoc autem tunc obtinere o-
portet, si simpliciter Episcopo
legatū factū fuerit: ceterum si e-
am adiecerit conditionē testa-
tor, vt Episcopus suo sit legato
contentus^b, & ipse legatū agno-
uit, quia per hoc alijs renuncia-
se videtur, de cæteris portionē
exigere non poterit. Sed si con-
stitit, quod eadem adiecta cō-
ditione in fraudem modicum
constituit mortuarium, vt Epi-
scopus portionē debita fraude
tur in cæteris, quia dolus cui-
quam patrocinari nō debet, po-
terit is etiam ex alijs relictis exi-
gere portionē à Canone consti-

tutam, saluis tamen indulgen-
tijs, quæ à Roman. Pōtifice qui-
busdam regularibus sunt con-
cessæ.

*Relictum ei, qui potest propriū possidere
non habenti prælationem, uel administrationē,
à quocunq; præsumitur relictum intuitu pro-
priae personæ, non Ecclesiæ. h. d.*

Illud^c etiam generaliter ob-
seruandum est circa eū, qui pro-
priū possidere potest, prælatio-
nem, vel administrationem Ec-
clesiæ non habentem, quod si ei
aliquid relinquatur specialiter,
non solum à propinquo, verum
etiam ab extraneo, non intuitu
Ecclesiæ, sed personæ esse reli-
ctum intelligitur, nisi probatio
in contrariū appareret: & idcir-
co de illo, nec Episcopus, nec
Ecclesia potest in vita eius sibi
aliquid vendicare.

*Episcopalis & parochialis pari passu am-
bulant. h. d.*

Item de quibus relictis paro-
chialis portio non detrahitur,
nec Episcopalis detrahēda erit.

DE DECIMIS, TITVLVS XXVI.

*Ponit subordinationem tituli ad præceden-
tia, & sequentia h. d.*

EXplicito tractatu rerum,
quæ spiritualitate quadam
cōtinentur & cēsantur, su-
perest nūc, vt de rebus Ecclesia-
sticis quidē, sed temporalibus,
illarumque administratione di-

ca-

*c. cap. requisi-
ti. §. illud.
ext. de te-
stam.*